



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Maurittii Gudeni Historia Erfurtensis Ab Vrbe Condita Ad Reductam

Gudenus, Johann Moritz von

Erfurti, 1675

XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11903

*Saxonica
consilia nu-
dantur.*

*Conventus
sine fructu
solvitur.*

XIV.

*Legati in se-
nate acta
conventus re-
ferunt.*

*Comunitas
redditiones
rationum
denuò ur-
get.*

*Legati Mo-
guntini cir-
cumveniun-
tur.*

excitandas, si præmaturâ illâ sententiâ
condemnetur. Saxonici Dominorum
mandata prætendentes opinioni suæ per-
tinaciter inhærebant, de captivorum li-
beratione interpellati nihil de his sibi com-
missum, ac interrogati, cur Moguntinâ
Erfordiam iter persequi liberum non es-
set? se causam nescire, cæterum Domi-
nos suos in ipsa Urbe jurisdictionem etiam
habere ajebant. His inexpectatis Mogun-
tini sollemnissimè contradixerunt: nova es-
se, & inaudita, Saxones aut Thuringia
Landgravios in Erfordiensî Civitate Ele-
ctorali Moguntinâ, jurisdictionem præ-
tendere. Cumque his conatus suos, &
consilia Saxones nudassent, † ille conven-
tus interruptus est.

Legati Moguntini † Erfordiam profe-
cti, in Senatu acta conventus referunt.
Ille præsentibus electis se ordine suo, gra-
duque senatorio nequaquam destitutum
professus est, nec claves aut documenta
sibi erepta: hæc civibus sed sponte mon-
strata, sub pristinis feris adhuc custodiri.
Ista domui Saxonicae scribi velle. Insta-
bat communitas, ut tandem principale
† negotium, discussis administratorum
ratiociniis initiaretur. Legati diem indi-
cunt, quo ad Curiam venire, atque au-
dire rationes vellent. Senatus se para-
tum respondet, unum autem Legatos
haud gravatè concessuros: † invetera-
tam huic Civitati, multisque jam sæculis
fir-

firmatam amicitiam cum Mülhusia, & Northusia esse, communi consilio alteram alterius necessitates sublevare, ab his deputatos aliquot se rogaturos, qui huic negotio adessent. Viciniam brevem moram promittere. Indulgetur dilatio, qua occasione Saxones, ut consiliarios suos mittant, à quibusdam interpellantur, certam erumpendi viam inter illos & Moguntinos discordes sibi polliciti. Thunius insuper suorum Principum indignatione terret, si quid cum Moguntinis, absentibus Saxonibus ageretur: hoc Landgravius, hoc Erfurtensem libertatem postulare. Quæ cum ad Moguntinos deferrentur, exprobratum Senatui, quod Saxones clam advocarentur: illi qui in Mülhusino conventu Sedis, & Civitatis jura disputaverint, jurisdictionem in Erfordiam prætenderint, an ab iis fidele consilium sperarent, qui concives suos, etiam Archiepiscopi petitione contemptâ, captivos tenent? communicare se cum Saxonibus, eosque admittere, defectu mandati non valere. Interea Mülhusini, † & Northusani deputatos mittunt, qui cum venissent, rationum examen communitas instantius urgere, frequentare curiam, monere, Senatus autem excusare moram, negotia prætendere, procrastinare, promittere. Urbici fraudulentas dilationes advertunt, † cumque rationum editionem frustra expectarent, paucis, quæ ad

Vocati Mülhusini & Northusani ad sopiendas controversias veniunt.

Nihil efficiunt.

CON-

concordiam faciebant, præmissis, valedicunt. Acres hinc motus in plebe, quæ dira omnia Senatui imprecata, quod cunctando vota communitatis eluderet. Seniores spes prædæ junxit, atque jam opulentiorum domus conspiraverant, et eas per tumultum direpturi, sed prævenit cum electis Senatus, & auctoribus capitulis, dispersis aliis securitatem firmavit. Communitas † Legatos Moguntinos iterum interpellat, tandem quæ pollerent auctoritate Senatui districtè rationes mandarent, frustrà leniter cum illo agi, qui facinorum impunitatem in renitentia ponit: huc cunctationes, & moras, huc Senatûs consilia spectare. Legati ut objectiones Saxonum refellerent, quibus non à Civitate, sed rebellibus invocati arguebantur, cujus mandato auxilium peterent? interrogant, † ac communitatis auctoritatem allegantibus, irent, adjungunt, atque mandata à Rep. adferrent. Relata hæc ad populum, qui in diem alterum comitium indicit. Cæmiterium Prædicatorum colligendæ multitudini destinatur, frequens fuit multorum millium conventus, at Electi turbæ non fidentes Monasterium ingrediuntur: nam & illos multâ consuetudine reliqui senatores non nihil infecerant: inde ad communitatem exire jussi comparent, atque unanimibus votis hereditarii Domini imperium, ejusque Legatorum auxilia implorari debere

*Communitas
editionem
rationum i-
terum urget*

*Tota com-
munitas a-
pud Mogun-
tinum pro
tutela sup-
plicat.*

debere concludunt. Eunt ergo ad Moguntinam Curiam Electi, & milleni cum suis, iteratò communitatis desideria multis cum precibus explicant. Legati promptam opem pollicentur, ipsos se Curiam adituros, Senatum, qui sponte rationes edere nollet, ad iussa debere. Die postero † ab Electis & turmâ civium stipati in Curiam, ubi collecto Senatui miseras Civitatis objiciunt, has, cum indies crescunt, celeri remedio corrigendas, & tamen Senatûs consilia non nisi moras intendere? sat Domino Electori, sat esse communitati illudum. Claves Archivi, cistarum, fornicû ipsiq; percepta, & exposita discutere præsentibus electis aggrediuntur. Jam sibi laqueum intendi malè conscii metuebant: † alii seditionibus Legatorum ausus evertere conantur, arcana Reip. profanari in vulgus, spargunt: Occupasse jam Moguntinos Curiam, documenta, libertates, privilegia, omnia sub potestate peregrinorum esse, unam manum surripere nunc posse, quod mille crucentis dexteris majores adepti sint. Invenerunt apta verbis ingenia factiosi, cumque Patricii dominatum suum lædi crederent, istis potissimum accesserunt. Sed vigilantibus armis turbis præventum est. † Ipsi opifices cataphracti laborabant, ne Senatus & Patricii reliquum populum opprimerent, hinc frequentior iterum aliquorum fuga, Saxonibus ad receptionem paratis. Non diligentius in Civitate, quam

Legati Moguntini suspectos ad redditiones rationum urgent.

Exigunt,

Seditiosi suspectos reddere Moguntinos conantur.

Cives armantur.

N

extrà

Profugi cū Saxonibus consultant. extrà Urbem à profugis ad consultationes itum. Goedenius † Jctus Doctorem inter socios egit, pravis omnibus in patriæ subversionem instruens. Iisdem Saxones longis promissis tempus abbreviant. Non se nisi facultatibus, & honoribus restitutis exilibus, cum Erfordiâ pacem inuros, sua, & illorum commoda pari severitate curaturos. Sed cum haud exiguo mortalis ævi spatio negotium duraret, plurimi sepulchro sunt intercepti, rediit unus, quem referam, qui technas omnium supplevit.

XV.

Novus Senatus legitur. Vacabant non pauca fugitivorum Senatorum subsellia, nec infrequens Senatus auctoritatem amplius tueri poterat. De novo † igitur eligendo ad populum concionem faciunt electi. Communicantur cum Legatis consilia, illi ex civium numero pacis, & utilitatis publicæ amantes nominarent, simul illud permittunt, ut *Quartus Consul ex opificibus electus.* quartus Consul † non ex Patriciis amplius sicut hætenus, sed ex tribus opificum sumeretur, quo potentior communitas adversus oligarchicas molitiones esset. Distribuuntur coram Moguntinis calculi, & qui Civitati consulerent, eliguntur, ubi illud quidam carpebant, quod peregrini in Curiam reciperentur, quæ hætenus Transalænis non patuit. Ab electo Senatu obedientiam & fidelitatem ArchiEpiscopo promitti, idque cum juramento ex more Legati exigunt. Simul
juris